

## LIVELLO B2

**TESTO** : De Romanae plebis secessione et Meneni Agrippae fabula (T. Livi Ab Urbe condita, II, 32)

1 Quo facto maturata est seditio. Et primo agitatum dicitur de consulum caede, ut  
2 solverentur sacramento; doctos deinde nullam scelere religionem exsolvi, Sicinio  
3 quodam auctore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse. Trans Anienem  
4 amnem est, tria ab urbe milia passuum. Ea frequentior fama est quam cuius Piso  
5 auctor est, in Aventinum secessionem factam esse. Ibi sine ullo duce vallo fossaque  
6 communitis castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumendo, per  
7 aliquot dies neque lacessiti neque lacessentes sese tenuere. Pavor ingens in urbe,  
8 metuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relictam ab suis plebes violentiam  
9 patrum; timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam an abire mallent:  
10 quamdiu autem tranquillam quae secesserit multitudinem fore? Quid futurum deinde  
11 si quod externum interim bellum existat? Nullam profecto nisi in concordia civium  
12 spem reliquam ducere; eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esse. Placuit  
13 igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum et quod inde  
14 oriundus erat plebi carum. Is intromissus in castra prisco illo dicendi et horrido modo  
15 nihil aliud quam hoc narrasse fertur: tempore quo in homine non ut nunc omnia in  
16 unum consentiant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit,  
17 indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri,  
18 ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui; conspirasse inde ne  
19 manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes quae acciperent  
20 conficerent. Hac ira, dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra totumque  
21 corpus ad extremam tabem venisse. Inde apparuisse ventris quoque haud segne  
22 ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes  
23 hunc quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum confecto cibo  
24 sanguinem. Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis  
25 in patres, flexisse mentes hominum.

### Esercizio n.1

Rispondi ai seguenti quesiti

1. *Agitatum* (riga 1): di quale forma verbale effettivamente si tratta? La terminazione in *-um* a quale genere si riferisce nel preciso contesto del periodo? Motiva l'uso di tale genere.

---

---

---

2. *Sicinio quodam auctore* (righe 2-3): di quale costrutto particolare si tratta?

---

---

3. *Quam cuius* (riga 4): si tratta di una forma particolare di un noto costrutto sintattico: quale? In cosa consiste tale particolarità?

---

---

---

4. *Sumendo* (riga 6): svolgi l'analisi morfologica e sintattica di tale voce verbale.

---

---

5. *Timere* (righe 5 e 6): qual è la funzione sintattica di tali voci verbali? Da cosa essa si può dedurre analizzando il periodo in cui tali voci sono presenti?

---

---

---

6. *An* (riga 9): qual è la sua funzione morfo-sintattica e quale proposizione contribuisce ad introdurre? In quali altri modi può essere appunto introdotta tale proposizione?

---

---

---

---

7. *Futurum* (riga 10): svolgi l'analisi morfologica di tale voce verbale, ripristinando la sua forma completa attraverso un'attenta analisi sintattica del periodo di cui fa parte.

---

---

---

8. *Civitati* (riga 12): quale funzione ha qui il dativo?

---

9. *Consentiant; fuerit* (riga 16): motiva l'uso dei due congiuntivi nel contesto sintattico in cui sono inseriti.

---

---

---

10. *Vellent* (riga 20): motiva l'uso del modo e del tempo della voce verbale proposta.

---

---

---

---